Alle luia.

Ad celebres rex celice laudes cuncta
Pangat canora caterua symphoniam
Odas atq; soluat contio tibi nostra.
Cum iam renouantur michahelis inclita ualde festa.
Per quem letabunda perornatur machina mundi tota.
Nouies distincta pneumatum sunt agmina per te facta.
Sed summus facis hec flammea per angelicas officinas.
Inter primeua sunt hec. nam creata tua.
Cum simus nos ultima factura sed imago tua.
Theologica cathegorizant symbola
nobis hec inter tripartita per primata officia.
Plebs angelica phalanx et archangelica principans
turma. uirtus uranica. ac potestas almiphona.
Dominantia numina. diuinaq; subsellia.
Cherubim etherea. ac seraphim ignicoma.
Uos o michahel celi satrapa. gabrielq;
uera dans uerbi nuntia.
Atq; raphahel uite uernula transferte
nos inter paradysicolas.
Per uos patris cuncta complentur mandata que dat.
Eiusdem sophya compar quoq; pneuma
una permanens in usia.
Qui estis administrantia deo milia milium sacra.

Uiceſ p biſ quinaſ biſ atq quingentaſ ueſtra.
Centena millena aſſiſtunt in aula ad quam rex duxit centeſimam.
Uerbigena dragmamq decimam ueſtra duxit ad agalmata.
Voſ p ethra noſ p rura dena parſ electa
armonie nota demuſ hinc p liricaſ citharaſ
Quo poſt bella michahelis inclita · noſtra deo
ſint accepta auream circa aram thimiamata.
Quo in coeua iam gloria. Condecantemus. Aeuia.